Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad plebem·et magno silencio facto
allocutus est eos hebrea lingua
Viri fratres·et patres dicens·
XXII
audite quam ad uos nunc
reddo racionem·Cum audissent
autem quidam quia hebrea lingua lo
quitur ad uos magis prestiterunt
silencium·Et dixit·Ego sum uir
iudeus natus in tharso cilicie nutri
tus autem in ista ciuitate secus pedes
gamalielis·eruditus autem iuxta ui
tatem patrie legis·emulator legis
sicut et uos omnes estis hodie·qui
hanc uiam persecutus sum usque ad
mortem·alligans et tradens in car
cerias uiros ac mulieres·sicut prin
ceps sacerdotum michi testimonium
reddit·et omnes maiores natu·a quo
et epistolas accipiens ad fratres damas
cum pergebam·ut adducerem inde uin
cto ut puniremur in hierusalem·factum
est autem eunte me·et appropinquante
damasco medio die subito de celo ar
cumfulsit me lux copiosa·et cadens
in terram audiui uocem de celo dicen
tem michi·Saule saule·quid me per
sequeris·Ego autem respondi·Quis
es domine·Dixit que ad me·Ego
sum iheslus nazarenus·quem tu per
sequeris·Durum est tibi contra stimulum calcitrare·Et qui mecum
erant lumen quidem uiderunt uo
cem autem eius non audierunt qui lo
quebatur mecum·Et dixi·Quid
faciam domine·Dominus autem
dixit ad me·Surge et uade dam
ascum·et ibi tibi dicetur de omnibus
que oporteat te facere·Et cum non
uiderem pre claritate luminis illius
ad manum deductus a comitibus
uenit damascum·Ananias autem quida
uir secundum legem testimonium ha
bens ab omnibus habitantibus iudeis
ueniens ad me·et astans dixit mi
chi·Saule frater respice·Et ego eo
dem hora respexi in eum·At ille dixit
Deus patrum nostrorum prordinauit
te·ut cognoscas uoluntatem eius·
et uideres iustum et audires uocem
oris eius·quia eris testis illius·ad
omnes homines eorum que uidisti
et audisti·Et nunc quid moraris·
Exurge et baptizare et ablue pec
cata tua inuocato nomine ipius·factum
est reuertente me in hierusalem et o
rante in templo·fieri me in stupore
mentis et uidere illum dicentem
michi festina·et exi uelocter e hie
rusalem quoniam non recipient tes
timonium tuum de me·Et ego dixi
Domine ipsi sciunt quia ego eam
concludens in carcere·et cedens eos
per synagogas qui credebant in te·et
cum effundetur sanguis stephani tes
tis tui·ego astabam·et consentiebam
et custodiebam uestimenta interfi
cientium illum·Et dixit ad me·Va
de quoniam ad nationes longe ego mit
tam te·Audiebant autem eum usque ad
hoc uerbum·Et leuauerunt uocem
suam dicentes·Tolle de terra huius
modi·non enim fas est eum uiuere
Vociferantibus autem illis·et proiectis